



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ Pontificum Romanorum

Ex Antiquis Monumentis Collectæ

Sandini, Antonio

Bambergæ, 1753

X. S. Hyginus. Anno Christi 154. Antonini Pii Imperatoris 15.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65446](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65446)

IX. Romanorum Prasul constituit, ut ad tanta sanctitatis celebrationem congregatorum animi Angelica modulationis dulcedine mulcerentur.

S. Gregorius initio libri Sacramentorum: Item dicitur Gloria in excelsis Deo. Si Episcopus fuerit tantummodo Die Dominico, sive diebus festis. A presbyteris autem minimè dicitur, nisi solo in Pascha. Vide annotat. 6. ad Symmachum, & 4. ad Stephanum III.

X.

S. HYGINUS.

ANNO CHRISTI 154.

ANTONINI PII IMPERATORIS 15.

Mar. an. 154. §. 2. **H**YGINUS Atheniensis post quar-
tum Pontificatus annum moritur. (1)
Ejus temporibus Valentinum propria se-
cta conditorem, & Cerdonem erroris
Marcionitarum auctorem, Roma ambos
floruisse, ex Irenæo narrat Eusebius
An. 158. lib. 4. cap. 10. (2) Ex Libro Ponti-
ficali, Clerum composuit, & distribuit
Pag. an. 156. §. 3. gradus, hoc est certa Clericis distri-
buit officia, ut explicat Franciscus
Blanchinus in Notis ad Anastasium
Bibliothecarium tom. 2. pag. 107.
Idem

Idem traditur ab Ecclesia expulisse Cerdonem hæreticum, itémque iussisse, virum saltem unum, & mulierem unam tanquam Patrinos & susceptores ad baptismum præter Sacramenti ministrum adjungi. (3)

ANNOTATIONES.

(1) Eusebius lib. 4. Hist. Eccl. cap. 11.

(2) Valentini error præcipuus, *Christum in substantia corporis nostri non fuisse, sed spirituale nescio quod corpus de Cælo deferentem, quasi aquam per fistulam, sic per Mariam Virginem transmeasse, nihil inde vel accipientem, vel mutuantem. Cerdon introducit initia duo, id est duos Deos, unum bonum, & alterum seivum. Christum in substantia carnis negat, in phantasmate solo fuisse pronunciat: Tertullianus de Præscript. Hæretic. cap. 49. & 51.*

(3) Decretum hoc apud antiquissimos scriptores non reperitur. Consuetudo tamen adhibendi susceptores in Baptismo per vetusta est, & ab ipsis ferè Catholicæ Ecclesiæ incunabulis usurpata.

